Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

multa falsa crimina & uana iactantibus · his miseris donatistis
merito dñs reddidit · ut maximianistas apud carthaginem schis
maticos suos · primiani damnatores · extra primianũ baptizatores
post primianum rebaptizatores uniuersali conciliosuo damnarent.
Ut ex eorum numero post non paruum tempus quosdam in honorib;
episcopatus sui · felicianum mustitanũ · & prætextatũ asurritanũ ·
cogente optato gildoniano susciperent cum omnib: quos damnati
extra baptizauerunt · Quod si abeis quos ore pprio tanquã scele
ratos & sacrilegos damnauerunt · & quos illis primis schismaticis
quos uiuos terra sorbuit conparauerunt non maculantur · cum eis
rursus in honore suo receptis communicant · euigilent aliquando ·
cogitent quanta cecitate · & quanta insania dicant orbem terrarũ
ignotis afrorum criminibus esse maculatũ · & hereditatẽ xpi
quae p missa exhibita est in omnibus gentib; peccatis afrorum p con
tagionem communicationis fuisse delectam · quando se nolunt delectos
& maculatos uideri · dum eis communicant quorum crimina cognita
iudicarunt · Quapp̃ cum paulus aptus iterum dicat · Quia ipse
satanas transfigurat se in angelum lucis · Unde non esse mirum
si ministri eius transfigurent se sicut ministros iustitiae · siuere
iste aliquem angelum uidit erroris nuntium · & de unitate catholica
xpianos separare cupientem · ipse pas suis est angelum satanę transfi
gurantem seu elut angelum lucis · Si autẽ mentitur & nihil tale
uidit · ipse est minister satanae transfigurans se uelut ministrum
iustitiae · Et tamen ista omnia considerans · si inimium p uersus
& p tanax esse noluerit · poterit a omni uel aliena uel sua seduc
tione liberari · Nos enim p occasione mea tua sine aliquo odio con
uenimus · hoc circa eum · seruantes quod apostolus dicit ·
Seruum autem dñi litigare non oportet · sed mitem esse · ad omnes
docibilem · patientem · in modestia corripientem diuersa senti
entes · Ne forte det illis dñs paenitentiã ad cognoscendam ueritatẽ ·